

Quod si non imprimetur hæc Apologia nec potest imprimi, remitte illam, quia exemplo careo: Pecuniam verò ad D. Lansium, vel D. Chr. Besoldum Tubingam. Vale, D. 21. Augusti. An. 1623.

J. Keplerus Matthiæ Berneggero
S.P.D.

CLarissime vir: Amicorum ocelle. Pateris ne ut cum plebecula Judæorum exclamem, omnia bene fecit, & surdos debitores fecit audire petitionem creditoris, & mutas chartas manuscriptas, loqui publicis typis. Ad amissim omnia, tantum in sex tuis exemplaribus ista muta, folio primo *Jyrdischen/ non Jüdischen*; alibi *Auslesung so vieler Bücher/ non Auslegung*. Quid faciam contra? Perpetuone tibi gravis, & in officiis mutuis sterilis, animo angar?

Luna-